Jō hic i euāgelio. Cōfidite q: ego ſū. nolite ti
mere. ⁊ aſcēdit ad illos i naui. ⁊ ceſſauit vēt⁹.
Vñ dicere pōt fidel' penitēs a q̄ xp̄s ſumit̄ ꝑ
eucharistie cōionē. Si ambulauero in me
dio vmbꝛe moꝛtis nō timebo mala: quoniā
tu mecū es. p̄s. xxij.

¶ Dominica pꝛima in quadrageſima.

¶ Sermo pꝛimus.

Acceſſerūt angeli
⁊ miſtrabāt ei. Mat. iiij. Sanctū
euāgeliū hodiernū ꝺclarat nob ꝺ
ſctō ieiunio ihu xp̄i ꝑ q̄ttuoꝛ pūcta vt ſequit̄.
¶ Pꝛimo locū ꝯuenientē.
¶ Scđo tp̄s ſufficiēs ꝑ qđ ieiunauit
¶ Tercio modū expedientē quō ieiunauit.
¶ Quarto fructū ꝓuenientē ex ieiunio.
Et de iſto q̄rto loquit̄ thema. Acceſſerūt an
geli ⁊c̄. Fruct⁹ eñ q̄ ſequit̄ ex ieiunio. q: ange
li acceſſerūt ⁊c̄. ¶ Dico ꝑmo ꝙ euāgeliū hodi
ernū declarat nobis de ſctō ieiunio Jhu xp̄i
locū ꝯuenientē vbi ieiunauit. Vñ ſciendū ꝙ
qñ xp̄s voluit q̄dragesimā ieiunare. noluit eā
ieiunare i ciuitate bethleē vbi fuit nat⁹. nec i
tēplo vbi fuit p̄ntat⁹. nec in nazareth vbi fu
it nutrit⁹. nec int̄ hoies. ſed i deſto q̄ ē habita
tio beſtiaꝝ. Et h̄ dicit ꝑncipiū euāgelij. Du
ct⁹ ē Jhs i deſertū a ſpū. volens ſupple ieiuna
re. ⁊ iſte loc⁹ fuit valde ꝯueniēs. Rō ꝓpt ꝯue
nientiā quā hꝫ loc⁹ deſert⁹ cū fine ieiunij. naꝫ
ieiuniū oꝛdinat̄ ad triplicē finē. ſ. ad
¶ Refrenationem.
¶ Liberationem.
¶ Meritum.
Pꝛimo ad refrenandū. ſ. vicia ⁊ pctā q̄ ꝓ ma
ioꝛi pte accidūt ex carnis inclinatiōe ꝓpter h̄
oꝛdinata fuer̄t ieiunia. ſ. ad refrenādū. Nā ſic
hoi ſtultoꝛ armato auferūt̄ arma cū q̄b⁹ mul
tis nocuit. ſic etiā coꝛp⁹ hois ſtultū armatuꝫ
ciboꝛ potu ⁊ alijs delectabilib⁹ q̄ nobis de⁹
dedit ad neceſſitatē nature indiſcrete ſūptis
multotiēs occidit aiam. Jō ſibi ſubtrahi de
bēt prudent̄ ⁊ amoueri. ¶ Scđo oꝛdinat̄ ie
iuniū ad liberandū. ſ. aiaꝫ. q̄ q̄ꝺiu ē vnita coꝛ
poꝛi multū a coꝛpe ipedit̄. i bonis. ſ. ſpūalib⁹.
Et iō ꝺꝛ. Coꝛp⁹ qđ coꝛrūpit̄ aggrauat animā
Sap. ix. Jō vt aia ſit libera ad opandū ſpū
alit̄ dep̄mit̄ caro. ſ. ꝑ ieiunia. ⁊ ſic aia eleuat̄ li
bere i deū. Sic̄ ꝺ ſtatera. nā qñ vna ps dep̄
mit̄ alia eleuat̄. ⁊ ecōuerſo. Tercio ad merē
dū ⁊ acq̄rēdū theſauꝝ ſpūalē. qm̄ ſic̄ ꝑ totum
annū hō laboꝛat ꝓ neceſſitate coꝛpis. ſic ieiu
nādo ad min⁹ iſto ſctō tp̄e laboꝛetꝫ ꝓ aia. Vñ
apl's. Vnuſq̄ſq3 ꝓpꝛiā mercedē accipiet ſc̄m ſu
um laboꝛē. j. Coꝛ. iij. De oib⁹ iſtis rōib⁹ vide
auc̄tē. b. Grego. dicētis. Qui coꝛpali ieiunio
vicia ꝯpꝛimis. Ecce ꝑmū. ſ. refrenare. mentē
eleuas. Ecce ſcōm. ſ. aiam liberare. virtutem
largiris et ꝑmia. Ecce terciū. ſ. mereri. Huic
triplici fini ieiunij valde ꝯuenit loc⁹ deſert⁹.
vbi vicia ꝯpꝛimunt̄. q: nō habetis occaſiōes
peccandi. nec oculis vidēdo ⁊c̄. ⁊ ſic de alijs
ſenſib⁹. Patet ergo ꝙ deſert⁹ eſt loc⁹ ꝯueniēs
ieiunio. Jdeo ſup illo verbo. Duct⁹ eſt Jhs
in deſertū a ſpū. dicit beat⁹ Gregoꝛi⁹ in ome
lia hodierna. Dubitari eñ ſolet a quibuſdaꝫ
a quo ſpū ductus eſt Jeſus in deſertū. vere
⁊ abſq3 vlla queſtione cōuenienter accipit̄ vt
a ſpūſancto in deſertū ductus credat̄. Sed
diceret aliq̄s. Jſte rōnes nō ſunt ad ꝓpoſituꝫ
de xp̄o qui in ſuo coꝛpe nunq3 habuit malas
inclinatōes. Jtē nec ex carne impediebatur
ei⁹ anima q̄n haberet ꝑfectiſſime ſuas fruiti
ones. Jtē q: iam meruit inq̄ꝫtū de⁹ ⁊ inq̄ꝫtuꝫ
homo. Rñdeo ꝙ q̄ꝫtū ad ꝑſonā xp̄i bona eſt
rō. ſed ipſe hoc fecit vt daret nobis exemplū.
ſcꝫ vt tp̄e ieiunij vadam⁹ ad deſertū dimittē
tes ciuitates. villas et ꝯmunitates. qđ ſic in
telligendū eſt. vt in ſancto tp̄e dimittam⁹ ne
gocia tp̄alia. q̄ſtiones ⁊ diſcoꝛdias ⁊c̄. Det̄ h̄
mod⁹ oīb⁹. Et ꝑmo religioſi ⁊ clerici i ſan
cto tp̄e ſatis ſunt occupati circa hoꝛas ⁊ offi
ciū. Laboꝛatoꝛes ſc̄o in hoc ſancto tp̄e debēt
ſummo mane audire miſſam ⁊ ſermonē. ſi ꝑ
dicat̄ in aliquo loco. ⁊ poſt negocient̄ vt poſ
ſint ꝓuidere filijs ⁊ domib⁹ ſuis. Diuites au
teꝫ ſurgant in auroꝛa ad adoꝛandū. Deinde
audiāt miſſaꝫ maioꝛē ⁊ ſermonē. ⁊ poſt dicāt
pſalteriū poſt miſſam oꝛando ⁊ hoꝛa prandij
erit ꝑfectū. Jlli diuites q̄ neſciunt pſalteriū
poſt miſſam oꝛando ꝑquirāt eccl'ias. mona
ſteria. hoſpitalia. vbi cōiter ſunt magne idul
gentie. Poſt prandiū vero poſſunt doꝛmire.
Deinde ire ad cōpletoꝛiū. ⁊ poſt dicere veſpe
ras vel ſeptē pſalmos pn̄iales. vel P̄r nr̄ ⁊c̄.
Et iſto mō homo vadit ad deſertū. Et iſtum
modū tenuit Dauid rex ille magn⁹. dicēs de
ſe. Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudi
ne. Expectabā eū qui ſaluū me fecit: a puſilla
nimitate ſpūs ⁊ tempeſtate. p̄s. liiij. Nō legi
tur ꝙ Dauid ex quo fuit coꝛonatus fuerit in
deſerto. ſed māſit i ſolitudine camere ſui pa
lacij elongat⁹ a negocijs. ⁊ ad quē finē oñdit.
Expectabā eū qui ſaluuꝫ me fecit. Et fruct⁹

meritoꝝ. a puſillanimitate ſpūs. Ecce libtas
aīe. ꝛ tēpeſtate. ſupple malaꝝ incliationū car/
nis. Ptꝫ ꝗ locꝰ ꝯueniēs ꝓ ieiunio Dico ſcd̄o
ꝛc̄. ꝙ tp̄s ſufficiēs fuit. ſ. xl. dieꝝ. Nā dicit te/
xtꝰ. ꝙ cū ieiunaſſꝫ. xl. dieb ꝛ. xl. noctib. Et q̈/
re dixit. xl. noctib. Rn̄deo ꝙ h̄ dr̄ ad dr̄ntiaꝫ
ieiunij iudeoꝝ. q̄ antiq̄tꝰ ꝑ diē ieiunabant ꝛ ū
nocte comedebāt ad ſufficiētiā. ſic mō faciūt
agareni. Nō credatꝭ ꝙ tale fuit ieiuniū xp̄i in
illis. xl. dieb ꝛ. xl. noctib. quia nihil guſtauit
Tp̄s tn̄. xl. dieꝝ ꝛ noctiū fuit ſufficiēs. Rō. q̇a
iā ſcitis ꝙ oia p̄cepta dei ſunt decē. i q̄b oia
alia includunť fundamētaliť. Sicut em̄ deꝰ
dedit decē digitos corꝑi ad oꝑanduꝫ oia. ita
dedit aīe decē p̄cepta quaſi deceꝫ digitos ad
oꝑandū meritorie Iſta aūt p̄cepta frangimꝰ
quadrupliciť. ſ. cogitatōe. locutōe. oꝑe ꝛ omiſ
ſione. Cogitatōe em̄ frangimꝰ duo precepta
ſingulariter. ſ. illud. Nō cōcupiſces vxorē pxi
mi tui. q2 nō ſufficit ſeruare corpꝰ mundū ab
illa oꝑatōe. ſed etiā aīam a cogitatōe. Scd̄o
illud. Nō ꝯcupiſces domū pximi tui. nec ali/
qua q̄ illiꝰ ſunt. Ex concupiſcentia em̄ oriun
tur diuiſiones ꝛ guerre. et id̄o dr̄. Radix oim
maloꝝ eſt cupiditas. j. ad Thimo. vj. Locu/
tiōe aūt frāgimꝰ alia duo p̄cepta. ſ. illud. Nō
aſſumas nomē dei tui inuanū. q2 nunq̄ ē iu
randū niſi ex neceſſitate vel vtilitate. Item
illud. Non falſum teſtimoniū dices. ſ. quacū
q̄ cauſa. nec in iudicio nec extra. Operatiōe
frāgimꝰ q̄ttuor. ſ. Nō adorabis deos alienos
Nō occides. Nō mechaberis. Nō furtū faci/
es. Omiſſione aūt frangimꝰ duo. ſ. feſta non
ſanctificando. ꝛ parētes nō honorādo. Ecce
ꝗ ꝙ iſtis quattuor modis frāgimꝰ decē prece
pta. et quater decies ſurgit in numerū q̄dra/
ginta. ꝓpter hoc facimꝰ quadraginta dies de
pnia. q2 quater decies occaſiōe carnis pecca
mus. Et ideo Grego. ꝑ voluptates mortales
corꝑis p̄ceptis dn̄icis cōtraimus q̄ ꝑ deca/
logū ſunt accepta. q2 ergo ꝑ carnis deſideria
decalogi mādata ꝯtēpſimꝰ. dignū eſt vt ean/
dem carneꝫ quater decies affligamus. Ecce
ergo tp̄s ſufficiens quo xp̄s ieiunauit dādo
nobis exemplū. Modo ē hic q̄ſtio triparti/
ta de xp̄o. cū xp̄s in deſerto ieiunauit. xl. die/
bus. Et p̄ma queſtio eſt vbi dormiebat Se
cūda q̇d faciebat. Tercia quā ſocietatē habe
bat. Modo audite deuote. nā euāgeliſte nō
dicūt expſſe vbi tunc dormiebat. ſed multo/
tiēs de figura eliciť veritas. ſicut de ſpica ex/
cutiť granū. Hec xp̄i dormitio i deſerto figu

rata fuit in patriarcha Iacob. q̄ cū fuiſſꝫ ꝑe/
grinꝰ et viator de chanaan in meſopotamiā.
et tranſiēs ꝑ ꝑtes huiꝰ deſerti. in nocte q̄n vo
luit dormire ſuppoſuit ſibi lapidē capiti. et in
nocte vidit celū apertū et ſcalam ꝛc̄. Hic hy/
ſtoriam vt habetur Geñ. xxviij. Iacob vt di
cunt oēs doctores ſignificat xp̄m. ſcala vero
pniam. habēs q̄draginta gradꝰ ieiunij. et qui
dam aſcendūt ꝯtinuando ieiuniū. q̇dā auteꝫ
deſcendūt frangēdo ieiuniū. Et Iacob autē
excitatus timuit ac tremuit de dicta viſione
Cui diuinitus fuit reuelatū ꝙ xp̄us ſaluator
mūdi ibi ieiunaret ꝛ dormiret. Tūc Iacob
dixit. Vere dn̄s ē in loco iſto. Ptꝫ p̄ma que/
ſtio. Sꝫ hic ꝯtēplate modicū. Xp̄us incepit
ſuū ieiuniū in craſtinū epiphanie q̄n maius
frigꝰ viget. ꝛ tūc dormiebat ī terra dando no
bis exemplū ꝙ in iſto ſancto tēpe dimittamꝰ
lintheamina. culcitras ꝛ delectatōes. Iō Da
uid. Beatꝰ q̄ intelligit ſuꝑ egenū et pauperē.
in die mala liberabit eū dn̄s. Dn̄s opē ferat
illi ſuꝑ lectū doloris eiꝰ. in p̄s. xl. ¶ Secūda
queſtio q̇d faciebat xp̄s hō. tū q2 nō oꝑabať
manib. et ſtaret quadraginta dies. nunquid
erat ocioſus. textꝰ nō dicit clare q̇d faciebat.
Sed Lucas alibi dicit. q̇d faciebat xp̄s ī de
ſertis: dicens. Factū eſt in dieb illis exijt in
montē orare. et erat ꝑnoctans in oratōe dei.
Luc. vj. In ſomno ꝗ et orōne expēdebat tp̄s
noctis. Et de die q̇d faciebat. Rn̄deo ꝙ i tri
bus occupabať. ſ. in legēdo. in ꝯteplādo et
in orando. De p̄mo ipſe legebat ī libro queꝫ
ſecum portabat ſemꝑ maiore tota biblia. ſ. li
bro vite. ſ. ſciētie dei in q̄ ſc̄pta ſunt oia q̄ vn/
q̄ fuerunt. ſunt ꝛ p̄nt eſſe. Et q̄libet die Ih̄s
xp̄s legebat totū illū libꝝ. legēdo p̄mū capl̄ꝫ.
ſcꝫ de gl̄ia ꝑadiſi. Et ſcd̄m de ordinatōne an
geloꝝ. Terciū de pena damnatoꝝ Quartuꝫ
de pnia purgandoꝝ. et ſic de alijs Itē de na
turis piſciū maris. de auib in aere. ꝺ aīalib
terre. Et oia iſta videbat nō ſolū in genere. ſꝫ
etiā in ſpecie et indiuiduis. nō ſolū vt deꝰ ſed
etiā vt homo. De ſcd̄o ſtabat oia iſta contem
plando. Quātū ad terciū poſt p̄dictā lectōꝫ
ꝛ cōtemplatōem. orabat dicēs orōem quam
poſtea nobis oñdit. ſ. Pater noſter. Nam ce/
pit Ih̄s facere et docere. Act. j. Et in ꝑſona
nr̄a ipſe dicebat Pr̄ nr̄. Itē dimitte nob̄ ꝛc̄.
quia ſicut os loquiť ꝓ pedib et alijs mēbris.
ita xp̄s vt caput loquebať in ꝑſona mēbroꝝ.
In his ergo debemus tempus huiꝰ quadra
geſime exemplo xp̄i expēdere. Ideo dicebat

Opamini nõ cibũ q̃ perit.ſ.negocia hui⁹ mũdi
ſed q̃ p̄manet in vitã eternã.ſ.op̄a meritoria.
Jo.vj. ¶ Tercia q̃ſtio.quã ſocietatez hẽbat.
Et dico q̄ feraꝝ.beſtiaruꝫ.ꝛ latronũ. De be
ſtijs d̄r Mar.j.q̄ i illo deſ̄to frõdoſo erãt leo
nes.vrſi.lupi.ꝛ multa alia aīalia. Fuit eñ̄ text⁹
Erat i deſ̄to.xl.dieb⁹ꝛ.xl.noctib⁹ ꝛ tẽtabat̃ a
ſathana.eratq̃ꝫ cũ beſtijs. Mar.j. Venio ad
p̄cticã.ꝛ poteſt̃ p̄ vos cogitare.q̄ p̄dicta aīa
lia de die latitant i antrꝭ.ꝛ de nocte vadũt pa
ſcẽdo. Et qñ videbant xp̄m poſſum⁹ dicere ſi
cut d̄ boue ꝛ aſino q̃ ip̄m adorauerũt.ſic etiã
ꝛc̃. Ecce ſocietas xp̄i de nocte. De die habe/
bat ſocietatẽ latronũ ꝛ maloꝝ hoim. Nã iſtõ
deſ̄tũ ẽ int̃ hierl'm ꝛ hiericho.de q̃ Luc.x.hõ
q̃dã deſcẽdebat ab hierl'm in hiericho ꝛ inci/
dit i latrões ꝛc̃. Hic loc⁹ hebraice d̄r adomin
ꝛ interp̄tat̃ rubra ſiue aſcẽſus rufoꝝ. Iſte lo/
cus eſt ille cruent⁹ ꝛ ſanguinarius q̃ deuenit
hõ ille q̃ incidit in latrones. Et d̄r ſanguina/
ri⁹.q: ibi multi viatores occidebant̃ a latrõi/
bus. Cogitate qñ latrones videbant ip̄m a
lõge veniebant ad eũ.ſi forte h̄ret pecunias.
Sed Jh̄s xp̄s mutabat coꝝ corda ꝛ volũ/
tates.ꝛ exhibebant xp̄o magnã reuerentiaꝫ.
Sic nos moralit̃ debem⁹ ſtare int̃ beſtias fe
ras.ſ.pctõꝝ.cogitando quõ vixiſti vt beſtia
peccando ꝛc̃. Int̃ latrones:cogitando quõ
peccando furati fuerim⁹ deo honorez ꝛ reue/
rentiam ꝛ timorẽ.ꝛ nobis attribuẽdo hono/
rẽ ꝛ grãꝫ. Propt̃ hoc dicebat Dauid. Nõ no
bis dñe nõ nobis:ſed nomi tuo da gl'iam.in
p̄s.cxiij. ¶ Tercio vidẽd⁹ eſt mod⁹ expediẽs
quõ ieiunauit xp̄s q̃ vicit tentatõem diabo
li. Dicunt doctores ſingularit̃ mgr̃ hyſtoria
rum.qñ in baptiſmo xp̄i vox p̄ris intonuit:
dicendo. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ Luce.ij. Tu
es fili⁹ me⁹ dilectus.i te complacuit mihi ꝛc̃.
dicit.q̄ diabolus audiuit iſtam vocẽ.ꝛ quia
iam videbat diabolus temp⁹ meſſye comple
tum. Et ideo quãdo videbat xp̄i mirabilia.
concepit ip̄m eſſe filiuꝫ dei. Sed quãdo vi/
dit ip̄m eſurire credidit oppoſitũ.p̄pter quod
voluit ipſuꝫ tentare. Et aſſumpta forma hu
mana ꝛ habitu viri deuoti.ſalutauit chriſtũ.
Cui rñdens xp̄s dixit. Bene veneritis. Nõ
credatis q̄ ita trũcate dixerit xp̄o. Si filius
dei es ꝛc̃. Sed euãgeliſta dimittit nobis vt
ponam⁹ digitũ ibi ꝛ practicã. Jõ notate eaꝫ.
Et poteſtis cogitare q̄ quãdo diabol⁹ venit
ad xp̄m ipſum ſalutando.dixit aliq̃ opinant̃
q̄ tu ſis fili⁹ dei. Nam fili⁹ dei antiquit⁹ muta

uit virgã Moyſi in ſerpentẽ.aquã egypti in
ſanguinẽ. Exo.vij.vxorẽ Loth in ſtatuam ſa
lis. Geñ.xix. Jõ ſi filius dei es.dic vt lapides
iſti panes fiant. Nõ intelligatis q̄ diabol⁹ ſu
bito dixit. Si fili⁹ dei es ꝛc̃. Sed poſuit ſe in
verbis cũ eo p̄mo.in fine cõcludẽdo q̄ ſi fili⁹
dei es ꝛc̃. Et rñdens Jh̄s dixit. Scriptũ eſt
de ſe.ſ. Nõ in ſolo pane viuit hõ.ſed in oi v̄bo
qd̄ p̄cedit de ore dei. Deut.viij. Ecce hic mo
dus expediẽs.ſ.p̄ nobis.q: modo qñ ieiuna/
mus diabolus tentat nos di. Dic vt lapides
iſti panes.i.v̄ba dura ꝛ aſpera comedam⁹ per
impatientiã.ſi prandiũ nõ ſit paratũ.vel alit̃
ꝛc̃. Secũda tẽtatio. Victo diabolo in p̄ma
tentatione p̄ xp̄m ex aucte Non in ſolo pane
ꝛc̃.diabolus ſumpta occaſione a dicta aucte
quia verba dei p̄ponunt̃ i templo:p̄ceſſit ad
ſecundã tentatõem dicẽs. Vis vt vadamus
ad ciuitatẽ ad templũ.xp̄s aũt vt bon⁹ miles
volens ſe exhibere ſuo inimico in omni pla/
tea.ſecut⁹ eſt eũ vſq̃ꝫ ad templũ vbi erat ma/
gn⁹ p̄p̄l's ꝯgregat⁹.ꝛ tũc dixit diabol⁹ chriſto.
Vis vt aſcendam⁹ ſupra pinnaculũ.quia ibi
magis ſecrete poterim⁹ orare.ꝛ qñ fuerũt ſu/
peri⁹ dixit diabol⁹ xp̄o. Et quot gẽtes ſũt hic
ꝛ multi ſunt hic q̃ nõ credunt te eſſe filiũ dei.
Jõ mitte te deorſum.q: de te ſcribit̃. Angel'
ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiant te i o.vijs
tuis.in p̄s.xc. Ad quẽ xp̄s dixit. Scriptũ ẽ.
Nõ tentabis dñm deũ tuũ. Hic xp̄s dat exẽ
plũ p̄ſonis ſp̄ũalib⁹ ꝛ deuotis.qñ diabol⁹ ten
tat de vana gl'ia ne cadant.ſed ſtẽt fortes. Vi
dens aũt diabol⁹ q̄ xp̄s excuſauit ſe ne incur
reret vanã gl'iam.diabol⁹ voluit eũ alit̃ tẽta/
re.ꝛ dixit ei.ſ.xp̄o. Vis vt vadamus ad de/
ſertum ad vnũ montẽ ſatis altuꝫ. vbi erim⁹
ſolitarij ꝛ orabimus. Et qñ fuerũt in mõte di
abolus oſtendit xp̄o oẽs partes mũdi.dicẽs
oia eſſe ſua.ꝛ poſſe dare cui vult.ſꝫ mẽtit̃. Et
dixit. Hec oia tibi dabo.ſi cadẽs adoraueris
me. Chriſt⁹ aũt q̃ in alijs tentatõibus habue
rat patiam.aucībus excuſando ſe. in iſta in/
dignat⁹ eſt.ꝛ clamauit dicẽs. Vade ſathana
Scriptũ ẽ. Dñm deũ tuũ adorabis.ꝛ illi ſo/
li ſuies Deut.vj. Sed q̄re h̄.dicit Chriſ.q̄
alie tentatões tãgebãt hũanitatẽ.ſꝫ adorare
tãgit diuinitatẽ ꝛ ad coronã dei ꝛc̃. Dic.b. Hic
ro.q̄ xp̄s dat h̄ nob exẽplũ q̄ iniurias p̄prias
debem⁹ patient̃ tolerare.ſꝫ illas q̃ tãgũt deũ
cũ indignatione increpare. Chriſ. In p̄prijs
iiurijs queq̃ꝫ eſſe patiẽtẽ laudabile ẽ.iniurias
autẽ dei vſq̃ꝫ ad auditũ ſufferre nimis ẽ ipiũ.

Sermo .I.

Nota h̄ de Lodouico rege frãcie.q̄ ꝯſueuit
cauterizare blaſphemãtes deū. Sꝫ mō veri
ficatū ē illud ꝓpheticū Iſa.lij. Dñatores ppl'i
mei iniq̄ agūt dicit dñs. ꝛ iugit tota die no/
mē meū blaſphemat. Quarto oñdit fruct⁹ p
ueniēs ex ieiunio in themate cū d̄r. Ecce an/
geli acceſſerūt. Et nota ſilitudinē. ꝛ poteri/
ris intelligere qualiter fuit. Qñ duo magni
dñi ſeu ṗncipes faciūt duellū in cãpo clauſo
vbi rex tenet campū ſecuꝝ. ꝛ amici ꝛ exercit⁹
vtriuſq̄ expectant finē hincinde. ꝛ facto p̄lio
vict⁹ cū ſuis fugit. et fuitores ꝛ amici victoris
cū gaudio ad eū accedūt ſibi neceſſaria mini
ſtrãdo. Sic xp̄s ꝛ Lucifer maiores ṗncipes
mūdi. vt dicit magiſter hyſtoriaꝝ. ſed diuer/
ſimode. Nã xp̄s eſt ṗnceps ſanctitatis. ꝛ Lu
cifer iniq̄tatis. hodie fecerūt duellū. et de⁹ p̄
tenuit campū ſecuꝝ. xp̄s aūt vt dicit Chriſ.
p̄cepit angelis vt ab eo elongarent̄. ne a Lu/
cifero videretur. Idē fecit Lucifer de ſuis. ꝛ
ſoli ipſi duo intrauerūt campū. Et arma di
aboli fuerūt tria. ſ. lancea. enſis. et diga. Cuꝫ
lancea ſup̄bie ꝛ vane glīe. cū enſe gule. et cum
gladio auaricie xp̄m tentauit et acceſſit. Nã
ipſe Lucifer cū iſtis armis plures occiderat.
ſed xp̄o in nullo nocuerūt. ſed vict⁹ fugit. Et
tūc dicit thema de xp̄o. Acceſſerūt angeli ad
eū et miniſtrabant ei ꝛc̄. Sed i quo miniſtra
uerunt ei. No. illud q̄ xp̄us magis indigebat
erat cibꝰ. ideo ei in hoc angeli miniſtrauerūt.
Dicūt hic aliq̄ deuoti cõtemplatiui. q̄ ſancti
angeli iuerūt ſubito ad virginē Mariã. que
neſciebat aliq̄d de filio ſuo. nec vbi eſſet. q̄ ſi/
bi dicebãt preliū et victoriã. que auditis ru/
moribꝰ victorie. per dictos angelos miſit ſibi
prandiū qđ p ſe parauerat. vt caules vel bro/
dium. vel ſpinargia. et forte ſardineta. rogãs
angelos vt qđ ſibi ſuperat vel ſupeſſet. ad ip
ſam reducerent ad prandiū. Ecce quō acceſ/
ſerunt angeli et miniſtrabant ei. Ita erit de
nobis. Naꝫ mō ſum⁹ in prelio cū diabolo in
campo clauſo. ſ. in quadrageſima ſi ſum⁹ vi/
ctores d̄ gula. vana gloria ꝛ auaricia. facto p̄
lio. ſ. in die paſce. accedēt angeli. i. ſacerdotes
et miniſtrabūt cibū quē virgo Maria para/
uit. ſ. materialiter. effectiue aūt ſpūſſanctus i
coquina vteri virginalis. ſ. corp⁹ xp̄i infra cor
tinam. i. in hoſtia conſecrata. Iō dicit xp̄us.
Vincenti dabo manna abſcõditū. qđ nemo
ſcit niſi qui accipit. Apoc. ij.

¶ Feria ſecunda poſt dominicã ṗmã i qua/
drageſima. ¶ Sermo primus.

Statuet oues qui
dē a dextr̄ʒ. Mat. xxv. Pro decla/
ratõe hui⁹ v̄bi. ꝛ veniēdo ad materi
am p̄dicãdã ē ſciēdū. q̄ xp̄s loq̄ns de ſuo ad/
uētu ad iudiciū dixit. Cū venerit fili⁹ hoīs i
maieſtate ſua. et oēs angeli ei⁹ cū eo. tūc ſede/
bit ſup ſedē maieſtatꝭ ſue. tūc ꝯgregabūt̄ ad
eū oēs gētes. et ſep̄abit eas ab inuicē ſicut pa
ſtor ſep̄at oues ab hedis. Et ſtatuet oues q̄dē
a dextr̄ʒ. hedos aūt a ſiniſtr̄ʒ. Mat. xxv. No. i
maieſtate. Nã i ṗmo aduētu. ſ. p redēptõe fiē
da nō venit i maieſtate. ſꝫ i hūilitate et paup̄/
tate. Sed i ſc̄do aduētu qñ veniet ad facien/
dū remuneratõeꝫ. nō veniet i hūilitate ꝛ pau
pertate. ſꝫ i tanta maieſtate et p̄tãte. q̄ totus
mūd⁹ tremet. Scitis q̄liter. Nota ſilitudinē
de arbore in q̄ ſunt volucres ſiue m'te aues
cantãtes ꝛ ſaltantes ꝛc̄. ſꝫ qñ falco venit: tre/
mūt et timēt. Ita iſte mūd⁹ ē ſic arbor faciēs
fruct⁹ malos. ſ. vanitatū. pompaꝝ ꝛ deliciaꝝ
et q̄libet vult colligere ſinū v'l caputiū plenū
q̄libet tñ p̄quirit iſta mūdana. In hac arbo/
re oēs creature ad inſtar auiū ſunt ludentes.
vt pꝫ in ſole et luna et planetis. Dic d̄ motu
coꝝ. eclypſi ꝛc̄. Itē de elemētꝭ. terra aūt i vno
tp̄e p̄ducit herbas. plãtas. flores ꝛ fructus. ꝛ
in alio tp̄e totū dimittit. ſ. i autumno. Aqua
aliq̄n fluctuat ꝛc̄. aliq̄n nō. Idē de aere. Iteꝫ
modo volucres in vere cantãt. ꝛ faciunt mr̄i
moniū. nam quelibet vult ſuaꝫ. ita q̄ omnes
creature mūdi vident̄ ludere. Sed qñ veni/
et et euolabit falco ſeu aq̄la grãdis. ſ. dñs Ie
ſus xp̄s. tot⁹ mund⁹ timebit. Nã ſol ſtabit in
oriente. et luna in occidente. ita q̄ non moue
bit ſe. nec etiã ſtelle. ꝛ oēs mōtes liqueſcēt ꝛc̄.
P̄pter hoc eccl'ia in p̄ſona cuiuſlibet chriſtia/
ni dicit. Libera me dñe de morte eterna ꝛc̄.
Si ergo celū et terra et alie creature impec
cabiles q̄ nunq̄ p̄terierūt dei preceptū time/
bunt. dic quid facies tu qui totiens peccaſti
q̄t iuramenta. q̄t corruptões feciſti ꝛc̄. Tunc
peccatores vellēt magis eſſe in inferno q̄ꝫ vi
dere iudicē iratū. Vñ dicit Iob in p̄ſona pec
catoris. Quis mihi hoc tribuat vt in infer/
no p̄tegas me: et abſcõdas me donec p̄trãſe/
at furor tu⁹. Iob. xiiij. Tūc dicēt mōtibus et
petris cadite ſup nos et abſcondite nos a fa
cie ſedētis ſup thronū et ab ira agni. Apo. vj
Sꝫ illi de bona vita q̄ i hoc mūdo vixerunt
ſm diuinã ordinatõeꝫ ꝛ nō ſm p̄priã inclina/
tionē. tunc nō timebūt ſꝫ gaudebūt: dicēdo.